vias sed vera docet. Illi autem iniquitati sue appropinquaverunt mis causa perversitate qua declinant a iudicio tuo. Verum est enim ut sic longe fiant a lege tua. que iudicium tuum docet. qui appropinquant iniquitati sue quam eorum traditio docet. Que est fabulatio iniquorum sed non ut Lex tua. hunc autem versum ex zelo pro magis gratiarum quam arrisit vers

Prope es tu Domine et omnes vie tue Veritas

Illis longe es qui Longe a lege tua facti sunt. prope autem iis qui tue legi appropinquant. Fugitur iudicium dei et fugit deus. suscipitur autem et fit prope. Quia in tribulatione dilatasti mihi. Et adiutor in trib. que invenerunt nos nimis. et ps. 9. Adiutor in opportunitatibus in trib. Neque in hoc mendacium fit. sed mendacium fit si fugias iudicium dei. Quia omnes vie eius Veritas. non tantum quando sunt in bonis fruendis sed etiam in malis et castigationibus exterioris hominis. Veritas enim sic prophetatum est et nunc impletum. sed quod illis hoc mendacium apparet. inde venit quia Litera legis. divitias et huius bona carnalia promittunt. Cum ergo horum contraria in sanctis christi et in membris eius videant scilicet paupertatem contemptum et mala carnalia: ignorantes et scire nolentes quod per illa bona figurata sunt meliora quibus venientibus figurata cessare oportuit. eo magis quod non sunt compatibilia bona carnis et spiritus et mutuo sese excludunt et impediunt. Et per hanc ignorantiam promissionem concludunt et deus sit longe ab illis qui talia patiuntur. Et mendaces sunt vie eorum velut contra scripturam dei. Sed hoc fiunt quia Longe facti sunt per ignorantiam a lege dei et appropinquaverunt iniquitati. ideo contra eos dicit quod non longe sed prope sit deus. Nec mendacium sunt sed veritas sunt vie domini. Et potius ab eis longe est. et eorum vie sunt mendacium. Aut saltem aliquae si non omnes. hic autem omnes sunt veritas. Et ex eisdem item dicit instruimus cum plenius sit quam aliter loquimur. Ubi dicit. Scitote quoniam mirificavit dominus sanctum suum. dominus exaudiet me cum clamavero (scilicet in tribulatione) ad eum. Quod illi non credebant: quia christus crucifixus est eis scandalum et deum esse longe ab iis qui sunt in trib. putant. et coronam eorum vanam. Prope autem esse cum iis qui sunt in bonis carnalibus et hanc veram viam. Sed unde dicit. Filii hominum usquequo diligitis vanitatem et queritis mendacium. Totus enim ille ps. vult eos suadere et iudicium domini. mala spiritualia et crucis passionibus in christo non sunt mala. neque contra deum aut legem ipsum aut dicunt. Quis ostendit nobis bona? quod dicit ... ille vel illi qui tot mala habent. Sed quibus signatum est lumen vultus domini sciunt. Nota hanc resolutionem in

Initio cognovi de test. tuis quia in eternum fundasti ea

Quasi diceret. Signatum est super nos lumen vultus tui. Quod illi extra et dorsum ad monentes putant quod mendacium sunt vie tue et tu longe. Sed ego cognovi de test. Illi dicunt Quis ostendit nobis bona: Sed signatum est super nos. i. nos cognoscimus que sunt bona. Que illi horrent et alia querunt bona: propter ea quod patiuntur mala. quia non vident interna bona et nec sua mala. Vident autem mea mala et sua bona. ideo fides eis deest. sensus autem carnis adest. sicut equus et mulus facti. Hoc autem initium alii referunt ad exordium ubi fuit ... in Abel legis cognoscere. Alii autem ad exordium legis gratie. Ut sit ... de futuro. Quod tunc primum legis cognitio est revelata per ... licet ... multi in abscondito haberent ... Sed melius est. Ut sit prophetia de revelatione evangelii futuri quod cognovit esse repertum in legis revelationis sue et gratie